

Eant feroces militatum, quos furor
Mavortis incendit, sibiq; conscia
Virtus fatigat: patriam invicta manu
Fas sit tueri, se va bella cum tument.
Non sic decet, quos Castra Musarum sequi
Paciq; factam campi & armorum procul
Crepero tumultu comprobare patria
Non penitebit indolem. Istos ilicet
Turbare quorum artes quietas interest
Ad inhospitales esse legandos Getas
Recta, BOHEMÆ, via putas, & callidè
Retexis omnes, veritati obnitier
Queis volupe sit. Maeste esto pulchris ausibus!
Heic adsit & pugnam lacesat, cui procax
Virtus in alto animusq; presens pectore.
Heic quemq; dignum mentis excelsæ vigor
Clarabit incruento honore victorem
Te merita certe palma, Te plausus manent.
Votis minari magna cepisti Tuis.

fac. gr.

GEORGIUS CASPAR KIRCHMAJER,
P. P. h. t. Acad. Rector.

Non